

**XXIV OLIMPIADA JĘZYKA ŁACIŃSKIEGO 2005/2006 - II ETAP**

De simulacro Dianaë in Sicilia.

Segesta est oppidum peretus in Sicilia, iudices, quod ab Aenea fugiente a Troia atque in haec loca veniente conditum esse demonstrant. Itaque Segestani non solum perpetua societate atque amicitia, verum etiam cognitione se cum populo Romano coniunctos esse arbitrantur. Hoc quondam oppidum, cum illa civitas cum Poenis suo nomine ac sua sponte bellaret, a Carthaginiensibus vi captum atque deletum est, omniaque quae ornamento urbi esse possent Carthaginem sunt ex illo loco deportata.

Fuit apud Segestanos ex aere Dianaë simulacrum, cum summa atque antiquissima praeditum religione tum singulari opere artificioque perfectum. Hoc translatum Carthaginem locum tantum hominesque mutarat, religionem quidem pristinam conservabat; nam propter eximiam pulchritudinem etiam hostibus digna quam sanctissime colerent videbatur.

M.T. Cicero *in Verrem actio II liber IV*

Objaśnienia:

Troia, ae f - Troja  
Aeneas, ae m - Eneasz  
Poenus, i m - Punijczyk  
Segestanus, i m - mieszkaniec Segesty  
Carthageniensis, is m - Kartagińczyk  
Carthago, inis f - Kartagina  
Diana, ae f - Diana, bogini rzymska  
simulacrum, i n - posąg  
Sicilia, ae f - Sycylia